



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Contractus Censuales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Ad secundum. Infra tres menses, aliàs ad fructuum perceptorum restitutionem tenentur, & si ultra alios tres menses, ipso jure suis Ecclesiis sint privati. Cõcil. Trid. *sess. 7. c. 9. de reform. c. quoniam, 75. distinct.* sed an hoc tempus currat à die electionis, vel confirmationis, vide Sylv. *loc. citato §. 3. num. 4.* Fallit hoc in prælato impedito, accusato, inquisito, seu denunciato, etiam ex culpa sua, quia huic non currit tempus, Staph. *de lit. grat. fol. 124. n. 6.* & interim non dicuntur vacare beneficia, quæ prius possidebat, quæ tunc censentur vacare, quando fuerit accepta possessio, idem *ibidem. n. 8.* facit *c. quia diversitatem, de concess. præb. c. cum incunctis, §. cum verò, de elect.*

Ad tertium. Vide eund. *loc. cit. §. 1. de consuetudine.* Hodie tam Archiepiscopi, quàm Episcopi consecrantur ubicunque eis libet; sed profectò optimum esset si practicaretur sac. Con. *loco citato.*

CONTRACTUS CENSVALES.

SUMMARIUM.

- 1 *Quæ conditiones requirantur ad contractus censuales.*
- 2 *An possit poni census in re stabili, non fructificanti valore census.*
- 3 *An sit licitus contractus ad gaudendum.*
- 4 *An super re quam is non habet, qui nummos accipit.*
- 5 *An coarctando tempus, tam ut non possit quis redimere rem censuatam intra tot annos, quàm ut elapsis tot annis non possit amplius, sed cadit in solutum.*
- An huic contractui sit locus in jure protio-*

mifcos.

- 7 *An venditor census possit vendere rem censuatam sine consensu illius, cui censuavit.*
- 8 *An census ad vitam sit licitus.*
- 9 *An possit exigi census per tertias, vel simul.*
- 10 *An, & quando census præsumatur perpetuus sive redimibilis.*
- 11 *An liceat emere hospitalitiam militum, quod vulgò allogiamento vocatur, valens 38. aureos pro 28. aureis.*

Ad primum. Præmittendo primò dico, quod annuus census est duplex, perpetuus, & temporaneus, Covar. *lib. 3. c. 7. n. 1. var. resol. & Nav. c. 1. 14 q. 3. & in Manuali c. 17. n. 232.* Secundò, quod annuus census perpetuus possit constitui vel unus pro vigesimo, gl. in *Ambent. perpetua*, & ibi Salic. Ang. Fulgosius, de Cast. *C. de sacros. Eccl.* vel unus pro 50. vel unus pro 15. & Cov. *loc. cit. c. 9. n. 3. & 4.* quòd nõ possit cõstitui cetera regula super hoc; stante locorum & temporum varietate, prout dicam in *ver. emptio*, sed secundum fertilitatem vel sterilitatem prædiorum; Tiraquel. *de utroque retract. §. 1. gl. 6. à n. 1. & infra*, & dico quòd ad censum annum redimibilem requiruntur multæ conditiones, juxta Bullam Pii V. sub datum Romæ anno 1568. 14. Kalendas Februarii, relatum à Navar. *cap. 17. num. 234.* ubi explicantur tredecim conditiones: sed ista Bulla hodie videtur non obligare quoad omnes illas conditiones, quod probatur. Primò, quia oppositum fuit factum, ipso Papa sciente, & tolerante, quando Princeps præcipit aliquid in aliqua lege, & postea fit oppo-

oppositum, vel non observatur eo sciente, lex illa validè non recipitur, nec est in vitio observantia, & sic non obligat. Abb. & Innoc. in cap. 1. de treug. & pace, num. 4. & in cap. in aliquibus, n. 8. & 9. de decim. Sylv. in ver. lex, §. 6. prope finem. Ang. in verb. Consuetudo, §. 10. Covar. loc. cit. cap. 13. n. 4. & in lib. 7. cap. 16. gl. in Clem. statutum, in ver. consuetudine, de elect. vide Iser. in praelud. feudorum, n. 40. licet remissivè, & lex, quæ non usu recepta non ligat, §. leges, 4. distinct. & ibi Gemin. Navar. in cap. placuit, n. 4. de poenit. distinct. 1. imò exculat etiam à peccato, quando aliqua constitutio facta à Papa, non fuit usu recepta, ipso Papa sciente, & tolerante, Jason in l. rem novam n. 7. de judic. vide Gemin. & alios in cap. generali, ver. in fine glossa, in eo quod, de elect. lib. 6. & ibi Gloss. in ver. inhibemus. Secundò, quia Papa Greg. XIII. fecit aliam Bullam super materia contractuum censualium, editam Anno 1574. pro regno Sicilia ultra Farum, ubi ponit quatuor conditiones sufficere. Primam, ut fervetur Bulla Nic. V. quæ est centenaria constitutione servata. Secundam, ut in emptione censu hujusmodi fiat expressa mentio rerum certarum, super quibus expressè constituitur census, deinde fiat mentio omnium bonorum venditoris. Tertiam, ut facultas redimendi remaneat perpetua ipsi venditori, quodcumque, & nullo modo restringatur. Quartam, ut omnes abusu, qui constitutioni Nic. V. adversantur, tollantur è medio; & sic in summa habes, quòd tres conditiones sunt de essentia hujus contractus. Prima, ut fiat super re certa stabili, cum gene-

rali omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Chassan. in consuetudinibus Burgund. titulo de cens. §. II. titulo 4. Follet. super Bulla Nic. V. in ver. hujusmodi censualia n. 38. Secunda conditio, ut addatur pactum de retrovendendo quodcumque. Tertia, ut annuus census non excedat decimam partem pretii principalis. Sed dices: Bulla Gregor. est localis; ergo non dat formam universalem. Respondetur, quòd clarum est, contractum licitum in uno loco, esse licitum in alio: sed contractus per Bullam Nic. V. est licitus, & servatur hodie, & approbatur per Bullam Greg. VIII. ergo dat formam universalem, Præterea, quia constitutio unius regionis potest imitari in alia, prout habetur in Diaz pract. Crim. Can. cap. 136. & Gom. in cap. si annum. num. 44. & 45. de judic. lib. 6. & sic passim videmus hodie observari, & consuetudo vicini loci est attendenda, Boer. decis. 269. num. 9. cap. Catholica, 11. distinct. c. 1. c. illa, c. de his, 11. dist. & ita etiam potest responderi ad Extravag. Martini V. & Calixti III. sub tit. de empt. & vendit. hoc etiam videtur tangere Nav. in Con. de usu. notab. 6. q. 4. n. 105. ver. omessa, n. 108. ver. 2. & 3. hoc dicit clarissimè quod non obligat contratio usu, vel non in terris non subjectis Papæ.

Ad secundum. Respondetur affirmativè, modò apponatur obligatio omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Sylvest. in ver. usura, 2. §. 12. ver. 4. Covar. loc. cit. cap. 7. numero 5. & 8. Sot. lib. 6. q. 5. artic. 1. col. 3. de just. & jure. Medina in C. de restit. tu. de cens. redimibili, col. 5. ubi isti Doct. etiam dicunt, quòd

annuus census potest etiam vendi, & emi super rebus incertis, & indefinitis, nempe, super quibuscunque rebus, quas venditor seu possidet, seu possidebit; & ratio ipsorum est, quia obligatio præcipue fundatur in persona, & quia bona futura possunt vendi, nedum obligari. Guid Pap. q. 21. vide Rodoan. *de reb. Eccl. non alien.* q. 17. n. 41. & *infra*, & licet hæc doctrina vera sit, ubi Extravag. Pii V. non est usu recepta, puta in Regno, & locis Papæ non subjectis, tamen ubi est in viridi observantia, puta in statu ecclesiastico, obligat, & sic, si res supra quam est positus census periret in totum, vel in partem, fieri debet diminutio census, vel in totum, vel in partem, ita Navar. *in c. si seneraveris*, notab. 22. num. 76. & num. 95. & census constitutus super rebus indefinitis, puta super omnibus bonis, non valet, *ibidem*, *questio*, 20. num. 115. imò per hanc Bullam non potest fieri obligatio in forma Camere, quando venditur census, *ibidem* *questio*, 20. num. 116.

Ad tertium. Respondeo, me videre hic duo contraria. Primum, hunc contractum fieri indifferenter Neap. à personis timoratis, & ubi sunt tot Patres doctissimi, atque pii. Secundum, video Doctores, & Concionatores exclamantes contractum huiusmodi non licere: tamen quidquid sit, mihi videtur licere, si serventur quæ dicta sunt superius, & probatur exemplo. Si Titius habens palatium valens decem millia aureorum, & pro centu locatur singulis annis quingentis aureis, si mercator dat Titio decem millia, vel octo, & ipse possidet palatium interim, clarum est, hic adesse

contractum venditionis ex una parte, & emptionis ex altera: ergo non video cur hoc fieri nequeat. Si dices, palatium non fructificat tantum, quantum ille mercator dat, dico, quòd si censuari solet quingentum, & emens emeret quinque pro centenario, quin possit minus vendi, & emi, ut annuit Covar. *loc. cit. ver. non oberit*, dum explicat verbal innocentii contra Sylvest. & alios Doct. à se citatos, & exemplificat in domo; & sic cum observentur conditiones illæ tres, clarum est, licere, cum ille, qui vendit accipiens decem millia gaudet fructibus illorum, ratione census palatii, quòd vendit, ille vero qui retinet palatium, gaudet usu palatii, quòd emit, quod jure fieri potest, imò Covar. Medin. & Flor. Theol. *in 4. sent. tract. de censib. art. 5. concl. 2.* dicunt annum censum posse constitui laboribus particularis personæ, licet non habeat bona stabilia, quòd ego non affirmarem, ita facile faciunt pro hoc contractu, quæ dicit Covar. *loc. cit. c. 4. n. 6. ver. 8.* & Navar. *in c. si seneraveris*, l. 4. q. 3. n. 129. & 81. notab. 2. & num. 53. *in com. de usury. notab. 22. n. 81.* & 85. dicit non licere, & *conf. 21. n. 2. de empt. & vend. dicit idem.*

Ad quartum. Solet fieri quidam contractus, & maximè in terris maritimis, qui indiget aliqua pecuniæ quantitate, & non habet stabile, super quo possit constituerè censum, accipit pecuniam super barca alterius, dicens: Des mihi centum, & ego respondebo tibi singulis annis, & mensibus, id quod illa barca solet respondere cuicumque ponenti super illa tot pecunias singulis mensibus

Titio, cum hac clausula, ut infra quatuor, vel decem annos non redimat, remaneat census perpetuus, videtur non posse fieri, esseque contractum usurarium, hoc patet ultra Sylvest. in ver. usura, 2. §. 15. ver. 3. & per Bullas summorum Pontificum, Nicol. V. Martini V. Pii V. & Gregor. XIII. ubi habetur, clausulam essentialem hujus contractus esse præcipuam, ut remaneat facultas ipsi venditori redimendi quancumque, tamen prima opinio, quod posset fieri, est Soti lib. 6. q. 5. art. ult. concl. 3. ubi dicit, quod census quo minus est redimibilis, eo est justior, Idem affirmat Nav. cap. 17. num. 248. versic. nec etiam est necesse, Medina, & alii, loc. cit. Covar. loc. cit. c. 8. num. 7. Secunda opinio est Covar. loc. cit. ubi dicit tria. Primum, contractum hujusmodi non esse usurarium. Secundum, etiam si apponatur illa clausula, remanere facultatem redimendi venditori quancumque, etiam elapso tempore coactato. Tertium, quod pro utrifque his dictis fuerit in Granatensi prætorio communi calculo conclusum.

Tertio, quod pro utrifque his dictis fuerit in Granatensi prætorio communi calculo conclusum. Tertia opinio est Sylvest. loc. cit. & in aucta Ros. casu. 31. & 36. & aliorum, quos citat Covar. loco cit. nempe, quod nullo pacto liceat. Ratio est, quia potius est pignoriatio, quam venditio, & per rationem quæ continetur in prædictis Bullis, conclusivè sentiendum est cum Covar. ut patet ex rationibus ab ipsis allegatis, Abb. in c. ad nostram, de emp. & vend. casu 3. & in c. illa nos, de pignor. Navar. in d. c. 66. ubi dicit facultatem redimendi non tolli etiam centenaria præscriptione quoad secundam partem. Navar

Ad quintum, quoad primam partem, videlicet, si quis emat annuum censum à

Titio, cum hac clausula, ut infra quatuor, vel decem annos non redimat, remaneat census perpetuus, videtur non posse fieri, esseque contractum usurarium, hoc patet ultra Sylvest. in ver. usura, 2. §. 15. ver. 3. & per Bullas summorum Pontificum, Nicol. V. Martini V. Pii V. & Gregor. XIII. ubi habetur, clausulam essentialem hujus contractus esse præcipuam, ut remaneat facultas ipsi venditori redimendi quancumque, tamen prima opinio, quod posset fieri, est Soti lib. 6. q. 5. art. ult. concl. 3. ubi dicit, quod census quo minus est redimibilis, eo est justior, Idem affirmat Nav. cap. 17. num. 248. versic. nec etiam est necesse, Medina, & alii, loc. cit. Covar. loc. cit. c. 8. num. 7. Secunda opinio est Covar. loc. cit. ubi dicit tria. Primum, contractum hujusmodi non esse usurarium. Secundum, etiam si apponatur illa clausula, remanere facultatem redimendi venditori quancumque, etiam elapso tempore coactato. Tertium, quod pro utrifque his dictis fuerit in Granatensi prætorio communi calculo conclusum. Tertia opinio est Sylvest. loc. cit. & in aucta Ros. casu. 31. & 36. & aliorum, quos citat Covar. loco cit. nempe, quod nullo pacto liceat. Ratio est, quia potius est pignoriatio, quam venditio, & per rationem quæ continetur in prædictis Bullis, conclusivè sentiendum est cum Covar. ut patet ex rationibus ab ipsis allegatis, Abb. in c. ad nostram, de emp. & vend. casu 3. & in c. illa nos, de pignor. Navar. in d. c. 66. ubi dicit facultatem redimendi non tolli etiam centenaria præscriptione quoad secundam partem. Navar

loco cit. & Sot. dicunt licere, & posse fieri. Covar. *loco cit. num. ult.* dicit licere, sed non debere fieri. Ego censeo cum Covar. eo vel maximè, quando sit aliqua conjectura, quòd emptor hoc nò facit aliqua fraude, ut quia vult impinguare, seu extercorare fundum, vel aptare domum, ut possit eo, vel ea frui per quinque vel sex annos, cum antea fuerit quodammodo sterilis vel propemodum inhabitabilis. Sylvest. *ver. usura*, 2. §. 15. *ver. 3.* Ang. *ver. usura*, 1. §. 67. Medina *C. derestit. ut. de cens. redim. c. penult.* Dicit quis, obstant Bullæ tot Pontificum, quibus asseritur debere derelinqui venditorem in libertate redimendi quando cunque: respondetur, hoc non obstare, ut præfati Doctores optimè respondent, nec Bulla Pii V. circa hoc est usù recepta, prout dixi *sup. §. 1.*

Ad sextum respondetur. Primò, quod si census emphyteuticus esset temporaneus, non est locus retractui, sive juri congruo, Tiraque. *lib. 1. de retract.* §. 33. *gloss. unica.* Secundò, nec in censu perpetuo, vel emphyteusi perpetua, nisi fiat in fraudem Constitutionis *Sancimus, de jure protimis.* Afflic. *decis. 32.* imò nec quando vel census vel emphyteusis perpetuus daretur cum pacto redimendi. Tertium, sed hoc non placet Covar. *loc. cit. c. 2. num. 3.* ubi dicit, quòd quando daretur cum pacto redimendi, & censui perpetuo daretur locus retractui; ratio est, quia res vicini de venit ad extraneos, imò ipse censet etiam in emphyteusi perpetua dari locum juri congruo. Ratio suà est, quia datio in emphyteusim, est quædam alienatio, *l. ult. C. de reb. alien.*

non alien. l. 1. ff. si ager. vect. & hoc mihi placet, alioquin daretur via apertissima defraudandi vicinum actione juris congrui, palliando contractus sub specie contractus emphyteutici, vel censualis. Sed ex hoc oritur dubium, an ex hoc contractu census perpetui, vel redimibilis, vel non, vel emphyteusis perpetua, debeatur laudemium Ecclesiæ? Et videtur quod sic, per eandem rationem, prout Sylvest. *in ver. Emphyteusis*, §. 21. *num. 28.* per multa dicta determinat, imò magis debet solvere laudemium, qui facit contractum censualem perpetuum, quam qui emphyteuticum perpetuum, quia si ille non solverit per mille annos, non cadit à jure contractus: sed hic si non solverit trennis privatis, & biennio Ecclesiæ, cadit à jure suo. *l. 2. C. de jure emphyt. c. ult. de locat. gl. in cap. constitutus, de relig. dom.* Covar. *lib. 3. c. 7. n. 1. var. resol.* Sot. *lib. 6. q. 2. art. 1. de just. & jur.* & Navar. *in c. si fueraveris*, *num. 63.* dicit quòd non, & Caputaq. *dec. 17.* dicit, quòd imponens censum super domo, & obligans, & hypothecans bona pro evictione, quòd cadat à tota domo, & ita dicit fuisse tentum in Rota die 16. Novembris 1551. quod nota pro accipientibus censum super bonis Ecclesiæ sine consensu beneficiati: nam cadunt in commissum, sive in caducitatem. vide Jason. *in l. 1. num. 49. ver. nam inter contractum, de jure emphyt.* & Car. Alex. *in praludis feud. in fi. col. 15.*

Ad septimum. Titius emit à Sempronio fundum, cum pacto de retrovendendo, deinde Sempronius vult vendere in totum hunc fundum, dubitatur, an teneatur

teneatur requirete Titium, ut si is vult illum fundum in totum emere, præferatur cuicumque emere volenti. Et certè Bulla Pii V. claus. sexta id clarè asserit debere fieri, his verbis; *Ubi autem vendenda sit res, videlicet censuata, volumus dominum census aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, etiam per mensem expectari*, quòd etiam valet, quando hic, qui vendit censum, absque translatione domini in eumentem, vellet vendere rem obnoxiam censui, nec valet dicere, quòd ista Bulla non est usu recepta, quia illud valet, quoad alias conditiones requisitas in contractu censuali, cum sufficiant illæ tres, quas ponebat prius Nic. V. sed quoad alias clausulas est in viridi observantia, & ita etiam tenuit quidam Doctor modernus in publica lectura. Pro hoc faciunt multa. Primum, *l. congrui, & l. pradia, C. de locat. prad. civil. libro undecimo*, ubi probant antiquum conductorem debere præferri novo; Bald. *in l. ne cui, C. locati*. Paul. de Castro *in consilio quarto, in primo volumine, & consilio trigefimotertio, eodem volumine*, ubi habet quòd primus conductor per secundum non debet expelli, si antundem offert, & quòd de æquitate semper debet locari eadem res eidem reconductori, vide etiam Roman. *in consilio vigefimotertio, columna penultima*, ubi idem tenet in emphyteusi, imò idem procedere in gabellariis anni præcedentis, quòd præferantur novis licitatoribus, si tantundem offerant, quantum novi, Luc. de Pena, *in dicta l. pradia*, imò posse cogi gabellarium, qui annis præteritis lucratus est in

affictu gabellarum, & anno venturo non vult affictare, si non inuenitur per urbem, qui vellet affictare, ita Boer. *de cifo. centesima quadragesima septima, Maran, disputat. octava, numero quadragesimo*. vide Vincent. de Anna. *sing. 150.* & Navar. *in cap. si fuerit averis. num. 92.* & 127. ubi ponit duas fallentias. Navar. *loc. cit. num. 91. & 92.*

Ad octavum. Dico, quòd primò census ad vitam (qui vitalitius dicitur) potest fieri, hoc probat Covar. *loc. cit. cap. 7. num. 3. ver. item per l. si ea lege, C. de usur. l. fidei commiss. C. de transact. & in l. si pater puellæ. C. de in offic. testam.* quibus ratione periculi permittitur huc contractum facere, & mortuo emptore extinguitur census, nec solvi debet fors principalis, vide Abb. *in disputat. quinta, colum. penul. imò & Doct. in capit. in civitate, de usur. D. Anton. par. 2. tit. 1. c. 8. §. 11.* Secundò, in hoc censu non potest fieri emptio ratione pretii taxati in Bullis superioribus, sed plus, minusve secundum temporis brevitatem, seu longitudinem, ut etiam quindecim pro cērenario in tene, Flor. Theol. *in 4. sent. tract. de cens. art. 4. dub. 2. concl. 1. & 2.* & hoc per ea, quæ frequentius accidunt, non potest esse, quòd citius moriatur juvenis, quàm senex juxta illud *Sapient. c. 4. In brevi explerit tempora multa*: tamen regula est euntibus ordine, satis tamen si esset deceptio ultra dimidium, daretur actio. *l. 2. C. de rescind. ven. per c. 3. de empt. & vend.* Quartò, si deceptio erit intra dimidium, in foro interiori teneretur vendens recompensare: Covar. *loc. cit.*

Ad nonum. An possit exigi census per tertias, ut vulgò dicunt, an totus census in fine

fine anni, & videtur quòd non, quia dicuntur annui census, & menstrui, & quibusdam visum est, etiam non licere, quia videtur plus capere, quàm decem procentenatio; plus enim valet res matura, quàm acerba, & ad præsens ova, cras pullis sunt meliora: tamen quidquid sit, nihil refert, sive membratim, sive simul census exigatur; ista conclusio est Flor. Theol. loc. cit. art. 6. conclus. 3. & sic videmus passim practicari ubique à piis & doctis viris. Ratio est, quia emptio, & pretium rei venditæ potest dari, vel simul, vel divisim, & sic non obstant objecta, quia etiam non dicuntur solutiones mensuræ, ut notat Greg. XIII. in Bulla Calendarii novi correcti, §. ne verò, ita Navar. in capit. si fueraveris, 14. q. 3. n. 134.

Ad decimum. Vide Covar. lib. 3. c. 10. col. penul. var. resol.

Ad undecimum. Vide eundem lib. 2. c. 3. n. 4. vers. 5. loc. cit. ubi dicit, quòd sic, si aderit litigium, vel onus aliquod.

CANONIA.

SUMMARIUM.

1. quid sit, & an sit annexa Canonie prebenda, & econtra.
2. An omnes Canonici debeant habere sacrum ordinem.
3. An Episcopus possit dispensare cum illegitimo, ut possit habere canonicatum, etiam in Cathedrali.
4. An omnes teneantur Canonici esse Sacerdotes.
5. Quando habeant vocem in Capitulo

6. Quando incipiant gaudere perceptione fructuum.
7. Quando possint optare in Ecclesiis, ubi adest ista consuetudo.
8. Quid si unus Canonicus, habens pensionem super Canonicatu suo, & postea vellet consequi alium Canonicatum sine ullo onere, an eo habito, possit sedere, & habere locum in choro ubi prius.
9. Quæ ætas sit necessaria ad Canonicatum consequendum.
10. Quid de numero Canonicorum.
11. Quid de obligatione.
12. An datur jus optandi, si per longum tempus quis non optat.
13. Quando incipiat Canonicus gaudere distributionibus quotidianis.
14. An fructus prebende, seu Canoniciatus possit obligari pro debito, vel sequestrari, vel capi.

AD primum. Vide quæ dixi in ver. beneficium, §. 1. num. 13. sed est sciendum quòd Canoniam, sive Canoniam significant regularem, quia canon regulam significat, c. 1. d. 3. & primò Canonici vivebant omnes simul in Canoniam cum Episcopo more religiosorum, Soto l. 10. q. 4. art. 3. de just. & iure, habebant omnia communia, Aug. in c. certa, 12. q. 1. & in c. quatuor, & in c. non dicatis, ibidem. ex quo videmus quantum degeneremus à veteri illo sanctorum Patrum instituto, quia hodie vivimus propemodum more laicali laxioribus habenis.

Ad secundum. Prima conclusio, in Ecclesia Cathedrali omnes Canonici tenentur